Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nec debet transactio ista contra mentem transigentium in aliũm sensũm deforgueri, & sic ad ea trahi, de quibũs cogitatũm neguaquam fuit, per L. 5. L. 9. §. 1. & L. 12. ad fin: ff. de transact: L. si de certa. 31. C. de transact: Et sicet uerba generalia sint, ut omnia in ijs uideantur comprehensa, nihilominũs tamen semper ad mentem transigentium respici acũratissime debet, ne scilicet de alia re, quam quae in lite fuerit interposita censeatur, per d. L. si de certa. 31. C. de transact: Ubi Imperatores eleganter rescripserũnt, si de certa re pactio transactionis interpositio, comprehensum sit, nihil amplius peti, etsi non additum fuerit eius rei nomine, tamen de ceteris quaestionib9 transactum neguaquam uideri debere, & facit text: in L. emptor 47. §. Lucius. ff. de pact: & ibi glos: Verbo, in sua, in princ.

Omnis enim transactio ad causam suam restringenda est. argo. L. cum pater. §. dulcissimus ff. de leg: 2. L. adigere. §. quamuis. ff. de iur: patron: L. conuenticula C. de Epis: & cler. c. intelligentia ext. de Verb: signific: Bologn: in d. L. si de certa. n. 2. Vers: Vnde si in pactis C. de transact: Et generaliter nulla generalis dispositio extendi debet aut operari

ultra